



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIS NATURALIS,

DEMONSTRANS

ΠΡΩΤΟΝ ΦΕΥΔΟΣ

CIRCA

PRINCIPIUM JURIS NATURÆ;

SEU

PRIMUM FALSUM SUPPOSITUM,
COMMUNITER HACTENUS RECEPTUM,

QUASI

TOTUM JUS NATURÆ
EX UNICA QUADAM PROPOSITIONE
GENERALI, OMNES RELIQUAS
LEGES NATURALES SUB SE
COMPREHENDENTE,
SIT DEDUCENDUM:

PRÆSIDE

JOANNE ERNESTO PHILIPPI,
PHIL. ET J. U. D. ADVOC. ELECT. SAXON.
IMMATRIC. ET NOTAR. PUBL. CÆS. JUR.

RESPONDENTE FRATRE GERMANO,

ERNESTO GOTTLÖB. PHILIPPI,

DRESDENS.

PHILOS. ET SS. THEOL. STUDIOS.

HALÆ MAGDEB. D. III. APRIL. MDCCXXXI.

LITTERIS JO. GRUNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.



Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIS NATURALIS.

DEMONSTRANS

ΠΡΩΤΟΝ ΦΕΥΔΟΣ

CIRCA

PRINCIPIUM JURIS NATURÆ;
SEU

PRIMUM FALSUM SUPPOSITUM,
COMMUNITER HACTENUS RECEPTUM,

QUASI

TOTUM JUS NATURÆ
EX UNICA QUADAM PROPOSITIONE
GENERALI, OMNES RELIQUAS
LEGES NATURALES SUB SE
COMPREHENDENTE,
SIT DEDUCENDUM:

PRÆSIDE

JOANNE ERNESTO PHILIPPI,
PHIL. ET J. U. D. ADVOC. ELECT. SAXON.
IMMATRIC. ET NOTAR. PUBL. CÆS. JUR.

RESPONDENTE FRATRE GERMANO,

ERNESTO GOTTL. PHILIPPI,

DRESDENS.

PHILOS. ET SS. THEOL. STUDIOS.

HALÆ MAGDEB. D. III. APRIL. MDCCXXXI.

LITTERIS JO. GRUNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.



Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIS NATURALIS.
DEMONSTRANS
ΠΡΩΤΟΝ ΦΕΥΔΟΣ

CIRCA

PRINCIPIUM JURIS NATURÆ;
SEU
PRIMUM FALSUM SUPPOSITUM,
COMMUNITER HACTENUS RECEPTUM,
QUASI
TOTUM JUS NATURÆ
EX UNICA QUADAM PROPOSITIONE
GENERALI, OMNES RELIQUAS
LEGES NATURALES SUB SE
COMPREHENDENTE,
SIT DEDUCENDUM:

PRÆSIDE

JOANNE ERNESTO PHILIPPI,
PHIL. ET J. U. D. ADVOC. ELECT. SAXON.
IMMATRIC. ET NOTAR. PUBL. CÆS. JUR.

RESPONDENTE FRATRE GERMANO,

ERNESTO GOTTL. PHILIPPI,

DRESDENS.

PHILOS. ET SS. THEOL. STUDIOS.

HALÆ MAGDEB. D. III. APRIL. MDCCXXXI.

LITTERIS JO. GRUNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

*PERILLUSTRI, GENEROSISSIMO,
EXCELLENTISSIMOQUE DOMINO,*

**DOMINO SAMUELI,
S. R. I. LIBERO BARONI
A COCCEJI,**

**SACRAE BORUSSIARUM REGIS MAJESTATI
ET ELECTORI BRANDENBURGICO**

**AB INTIMI STATUS MINISTERIIS;
NEC NON A SANCTIORIBUS JUSTITIAE ET SUPREMI
PROVOCATIONUM TRIBUNALIS CONSLIIS;**

**PRÆSIDI
COLLEGII AULICI ET CAMERALIS, UT ET CONSISTO-
RII ELECTORALIS MARCHICI ET GALLICI,
NEC NON REFORMATI SUPREMI SENATUS
ECCLESIASTICI, GRAVISSIMO;**

**DIRECTORI
REGIMINIS HALBERSTADIENSIS, ET RERUM
ECCLESIASTICARUM, DIGNISSIMO;**

**SUPREMO CURATORI
OMNIUM REGIARUM ACADEMIARUM VIGI-
LANTISSIMO, &c. &c.**

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO,

*base pagellæ, animo devotissimo,
dicat, dedicat, submittit,*




REX cui curam *SAPIENS* supremam
Contulit nostræ FRIDERICIANÆ,
HUNC adi^splex, tenuis libelle,
Intrepidō ausū.

Dic, quod insultus timeas inermis,
Provocas multos etenim, idque juste:
Ast sub illius clypeo PATRONI
Te fore tutum.

Fata dic IPSI mea, nec taceto,
Quidquid IPSIUS penetrare pectus
Possit excelsum, ut faueat petitis,
Sub REGE MITI.





Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIS NATURALIS,

DEMONSTRANS

ΠΡΩΤΟΝ ΨΕΥΔΟΣ

CIRCA

PRINCIPIUM JURIS NATURÆ.

CONSPECTUS

I. Præfaminis.

Lites circa Jus Naturæ, remissive
tangit, §. 1.

Dissentus circa Principium ejusdem,
& in quo plerique convenient, §. 2.

Quæstio prejudicialis, baltenus in-
tacta relicta, movetur, §. 3.

Quinam inde novus status contro-
versæ? §. 4.

Suppositum ipsum, quod Jus Natu-
re ex generali propositione sit de-
ducendum, dicitur, esse πρῶτον
Ψεῦδος circa Princip. Jur. Nat.
§. 5.

Usus hujus disquisitionis indicatur,
§. 6.

Et probatur, addita quadam epi-
cripsi, §. 7.

Transitus ad ipsam thematis tracta-
tionem, §. 8.

II. Ipsius Tractationis.

Quid communiter per Principium
Jur. Nat. significetur? §. I.

Suppositum, exinde emanatum, evol-
vitur, §. II.

Etiam in controversiis circa Princi-
pium Jur. Nat. intactum relictum
est illud suppositum, §. III.

Existentia illius suppositi triplice te-
stimonio ex Scriptoribus Jur. Nat.
probatur, §. IV.

Ostenditur, quid allegati Scriptores
circa Principium Jur. Nat. tacite
supposuerint, §. V.

Protestatio quedam additur, &
simul rationes proferuntur, ex qui-
bus præsumi potest, allegatos au-
tores idem suppositum circa Princ.
Jur. Nat. habuisse, §. VI.

Hoc ergo suppositum accuratius esse
examini-

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

examinandum, an rectum sit, nec ne, demonstratur, §. VII.

*Occasionalis causa, dubitandi de re-
stitutioine illius suppositi, adduci-
tur, §. VIII.*

*A Mathesi, que hoc suppositum re-
spuit, concluditur ad Jus Naturae,
§. IX.*

*Nec obstarere, quod Jus Naturae sit
disciplina practica, monstratur
§. X.*

*Status controversie, circa suppositum
illud, distincte formatur, §. XI.*

*Additur quoddam monitum, & for-
matus status controversie applica-
tur, §. XII.*

*Quid sit πρῶτον Φεῦδος? quid cir-
ca Iuris Nature Principium sit
πρῶτον Φεῦδος? & quomodo in-
ser se differat principii definitio
arbitraria & realis, §. XIII.*

*Neganti restitudinem illius supposi-
ti, non incumbere quidem proba-
tionem, sed affirmanti; attamen,
nervus probandi falsitatem dicti
suppositi quo redeat, demonstra-
tur, §. XIV.*

*Ratio 1. cur suppositum illud sit πρῶ-
τον Φεῦδος, desumitur ab indu-
ctione omnium eruditionis scien-
tiarum, §. XV.*

*Ratio 2. quia est labor affectatus &
supervacaneus, talem proposicio-
nem generalem investigare; id
quod & a priori demonstratur,
§. XVI.*

*Ratio 3. quia hæc methodus est ma-
xime ambigiosa & multis obnoxia
difficileatibus, quod insigni ali-
quo exemplo illustratur, §. XVII.*

*Illustratur hæc difficultas ex hypo-
thesi Celeberr. alicuius recentioris
Eclectici, que modeste examina-
tur, §. XVIII.*

*Ratio 4. ab impossibilitate, in con-
creto spectata, deducitur, §. XIX.*

*Ratio 5. quia methodus illa prorsus
non est tuta & sufficiens, §. XX.*

*Ratio 6. quia ipsum Jus Naturæ
ejusmodi obscuram regulam ge-
neralem prorsus non suppeditat,
§. XXI.*

*Ratio 7. quia hæc tota methodus pre-
stat exiguum usum, §. XXII.*

*Ratio 8. quia hæc methodus legibus
demonstrationis adversatur, &
præjudicium autoritatis fœret,
§. XXIII.*

*Ratio 9. quoniam illa methodus est
prorsus inadequata, §. XXIV.*

*Conclusio Dissertationis, §. XXV.
Addita sunt X. Corollaria.*

S. 1.



Crum ageret, Lector Colendissime, imo Lites circa naueam Tibi fortassis excitaret, si quis Ius Naturæ lites, circa determinandum Juris Naturæ Principium, inter eruditos, præser-tim Puffendorfium inter, juncta ipsis sedatorum turba, & inter ejusdem ad-versarios, diu agitata, hactenque vix sopitas, denuo movere vellet.

S. 2. Id vero ex Historia literaria constare arbitror, ho-Diffensio diernos Juris naturalis Doctores aque minus, ac illos, qui certa-circa Princi-modo dicto, vel ab hac, vel illa, parte assistendo, interfue-cipium ejus-tunt, invicem confirare, quodnam sit Principium Juris natu-rem. interim tamen utrosque maximam partem in eo conveni-re, quod Principium Juris Naturæ debeat esse propositio in quo conve-quædam unica generalis, sub qua omnes reliquæ leges Ju-veniant ple-risque?

S. 3. Miratus autem bucusque sum, & adhuc miror, quod Quæstio præ-Scriptores Juris naturalis de eo solummodo concertaverint inter judicialis, se, quænam propositio sit nomine ejusmodi propositionis generalis hactenus in-insignienda, & cur non posse quæstionem præjudicialem prius tanta relictæ discusserint, minimum in dubium vocauerint, an ejusmodi uni-ca generali propositione in Jure Naturæ ullatenus opus fit, & annen e contrario oprime eadem carere, adeoque ab anxi illo studio, propositionem talem inveniendi, corroborandi, & contra tela adversariorum, aliam propositionem pro universalis illa venditantium, præmuniendi, prorsus exempti esse queamus.

S. 4. Novus ergo Status Controversie, circa Princi-pium Juris Naturæ, juxta modo propositam quæstionem præ-de novus sta-judiciale, erit formandus, scilicet, us jam non amplius simus tuis contro-solli-versia?

solliciti, quænam demum propositio pro unica universalis, totum Jus Naturæ complectente, sit reparanda, sed de eo dispiciamus ante omnia, an suppositum illud, quod totum Jus Naturæ universalis cuidam propositioni sit includendum, sufficiens nitatur ratione.

S. 5. *Quamvis autem metuendum mihi sit, ne forsitan et Puffendorfianos, cum affectis, et Anti-Puffendorfianos, et recentiores denique Philosophos Eclecticos, in memet concicem, si afferere nos verear, absque ulla necessitate Scriptores Juris Naturæ de indaganda quadam unica propositione universalis, omnes leges Juris naturalis sub se complectente, hancenius fuisse sollicitos; fatendum tamen mihi est, ipsam incer lectionem scriptorum eristicorum, ab utruque parte editorum, hoc ipsum mihi semper visum fuisse πρῶτον Φεῦδος, seu primum falsum suppositum, quod ejusmodi propositio unica generalis, omnes leges Juris Naturæ continens, sit necessaria, quin possum commodissime eadem supercedere possemus.*

S. 6. *Pacis vero amanitissimus, in subsequentibus demonstracionis strare collaborabo, quod, licet secundum rei veritatem unique sit πρῶτον Φεῦδος, si quis statuat, totum Jus Naturæ precise ex unicâ quadam propositione universalis esse demonstrandum, ipsa tamen mea bac de re sententia, modo prolatâ, sit medium efficacissimum, conciliandi invicem utrasque partes, circa Principium Juris Naturæ, seu prepositionem talam descriptam, hancenius dissentientes, et perpetuo alias dissensuras.*

S. 7. *Nam, cur sic quoquo diutius alter disputaret, hanc vel illam propositionem esse unicam generalem, totum Jus Naturæ comprehendentem, alter vero aliam substitueret, priorique constantissime contradiceret, si utrique forent convicti, Jus Naturæ et que solidi, et longe facilis, demonstrari posse, quamvis non demonstretur ex unicâ quadam propositione generali; possum ulteriori ejusmodi propositionis investigatione prorsus non esse opus; ita ut, ratione præteriti, Scriptores Juris naturalis, qui πρῶτον illud Φεῦδος non-*

nondum obseruarunt, & de invenienda tali propositione anxie fuerunt solliciti, excusationem mereantur; ratione futuri ou- tem, si susciperet laborem, aranearum studio, in nocte nōdū filiis haud absimilem, qui ulterius totum Jus Naturæ ex unica deduce- re vellet propositione.

§. 8. Hoc igitur ipsum πρῶτον Φεύδος circa Principium Transitus ad Jurū naturalis, favente divina clementia, semotis omnium ipsam the- partium studiis & affectibus, in hac ipsa Dissertatione demon- matis tratta- frare, amittemur; eandemque animi, virtute prædicti, dispositio- nem de dissentientibus sperando, in publicam arenam super hac quæstione, noviter emergente, & non levis motuṇii, cum uno- quovis descendere, non erubescemus; quum amicus sit nobis Gro- tius, Puffendorfius, Thomasius, aliique, at magis amica ve- ritas. Demonstrandum ergo nunc erit ipsum illud

ΠΡΩΤΟΝ ΦΕΥΔΟΣ
CIRCA
PRINCIPIUM JURIS NATURÆ;

PRIMUM FALSUM SUPPOSITUM,
COMMUNITER HACTENUS RECEPTUM,

QUASE
TOTUM JUS NATURÆ
EX UNICA QUADAM PROPOSITIONE GENE-
RALI, OMNES RELIQUAS LEGES NATU-
RALES SUB SE COMPREHENDENTE,
SIT DEDUCENDUM.

§. I.

Plurimi, si non omnes, Doctores Juris naturalis, rem, *Quid com-*
inter omnes quasi jam evictam, & probatione vix munier per
egentem, hactenus existimarunt, per Principium Ju- *Principium*
ris Naturæ nihil aliud esse intelligendum, quam proposi- *Juris Nat. si-*
tionem quandam unicam generalem, sub qua omnes reli-
quæ leges naturales essent comprehensæ. Supposuerunt ita-

que, se *ex concessis* jam agere, & neminem esse iturum inficias, quin talis propositio sit necessario, in demonstracione Juris naturalis, *supponenda* & eruenda, adeoque putarunt, in eo solum esse operam desudandam, *quenam* propositio pro ejusmodi universalis, totum Jus Naturæ includente, adeoque pro Principio ejusdem primo, possit venditari.

§. II.

Suppositum, exinde ema. Huic *supposito* secure confidentes, sufficere arbitratii sunt communes Juris naturalis Doctores, si definitionem

Principii Juris naturalis, dicta ratione, suppeditarent, & ne quidem operæ pretium existimarent, prius *probandi*, cur totum Jus Naturæ sit unicæ cuidam propositioni includendum, & ex ea deducendum, sed id *prorsus omitterent*, quasi satis jam constaret, & dubio omni careret, Jus Naturæ aliter nec doceri, nec existere, posse, quam *supposita* ejusmodi propositione generali.

§. III.

Etiam in Hinc videas, *Grotium*, *Puffendorfium*, ejusque *controversiis* *affectionibus*, atque defensores præcipuos, (in illis etiam scriptis, circa Princi- ubi res ipsi est cum adversariis,) non de eo scrupulum pium Jur. N. movere, an adversæ partis socii concessuri sint, Jus Naturæ intactum re- præcise ex unica generali propositione esse deducendum. lictum est il Supponentes potius, quasi hoc per se sit necessarium; quæ- lud supposi- fationem illam præjudicialem, an talis propositio sit inda- gatur vel necessaria, vel digna, *prorsus non tangunt*, sed præ- stram altercationum suarum, hoc classico dato, plerumque aperiunt, quod incipient a *definitione* Principii Juris naturalis, ubi dicunt, se per hoc nihil aliud intelligere, quam pro- positionem unicam generalem, omnia Juris Naturæ præ- cepta complectentem.

§. IV.

Existentia illius supposi- Liceat, ex magna Juris naturalis Scriptorum co- ti triplici re- pia, tria tantum in medium proferre testimonia Viro- stimonio pro- runz, eruditione & perspicacissimo stylo alias notissimo- batur.

rum. Sic 1) IOH. JACOB. A RYSSEL, in libr. de *Jur. Nat.* & *Gent.* Lips. anno 1689. typis impresso, Cap. IV. de fundamentali lege. *Jur. Nat.* §. 1. pag. m. n. dicit: *Per legem fundamentalēm* (quid quæsto Vir inclytus aliud putat, quam *Principium Juris Naturæ?*) *intelligo propositionem aliquam generalēm*, ex qua reliqua leges naturales tanquam conclusiones demonstrantur, 2) Illustr. CHRIST. THOMASIVS, cuius cineres adhuc veneror, in *Institution. Jurisprud. div. L. I. Cap. IV.* de interpretatione leg. div. §. 2. afferit: *Per primum principium Juris naturalis* - - (verba intermedia, huc non spectantia, omitto,) *intelligitur, VEL CERTE INTELLIGI DEBET, propositione aliqua, sub qua reliqua precepta Juris naturalis omnia, tanquam sub communi axiomate comprehendantur*, 3) Excell. JOH. LAURENT. FLEISCHER, decus nostræ Fridericianæ, in *Institut. Jur. Nat.* & *Gent.* Cap. VI. de Principio *Jur. Nat.* §. 4. pag. 167. adstruit: *Intelligimus vero per Principium Juris naturalis* - - *propositionem primam & generalissimam Juris Nature, quæ omnes propositiones legum naturalium, QUOTQUOT DARI POSSUNT, comprehendit.*

§. V.

Sufficient, inquam, loca, ex dictis Virorum Celestenditur, berrimorum scriptis allegata, ad id evincendum, quod quid allegati & includissimi Juris naturalis Doctores id haud obscure *Jur. Nat.* supponere videantur, assūmendam esse in Jure Naturæ certam aliquam propositionem universalem, sub qua omnia *Scriptores tacite supponerentur.* præcepta Juris naturalis, tanquam sub communi axiomate, debeant esse comprehensa, & ex qua ipsa omnes leges reliqua Juris naturalis, tanquam conclusiones, sint derivandæ, atque demonstrandæ. At vero neuter dictorum Virorum eruditissimorum ejus rei mentionem injecit, multominus ibi prius probavis, quod, in demonstrando Jure Naturæ, necessario ad ejusmodi propositionem vniuersalem sit refugiendum, sed, quasi hoc ipsum sua jam radiat luce, & quasi nemo hac de re esset unquam dubitatus,

rus, quin Jus Naturæ ad unicam propositionem generalē sit reducendum, indeque demonstrandum, hujus *propositionis* probationem silentio præterierunt, adeoque ejusdem veritatem evictam *vacite supposuerunt*.

§. VI.

Protestatio
quædam ad-
ditur, & si-
lius, famam fugillare, & eosdem ex eo, quod, gratis ali-
mul ratiōnes, quid *supposuisse*, videantur, alicujus levitatis, vel alius virtutis,
ex quibus au-
tores allega-
tum illud be-
buisse, pra-
sumi possunt,
proferuntur.

Quemadmodum vero mens mea prorsus non est, adductorum Virorum famigeratissimorum, aut ultidetur, & si- lius, famam fugillare, & eosdem ex eo, quod, gratis ali- mul ratiōnes, quid *supposuisse*, videantur, alicujus levitatis, vel alius virtutis, incusare; ita potius, ex multitudine Doctorum Juris Naturæ, asserta modo dictorum Virorum, utpote testium irrefraganeorum, consulto studio elegi, quo, ex eorundem unanimi testimonio, liquido appareret, perspicacissimos adeo Juris Naturæ Scriptores hactenus de ejus rei perscrutatione & examine *non fuisse sollicitos*, annon Jus Naturæ ex solidissimis demonstrari posset rationibus, licet ex unica præcise non deduceretur propositione generali. Hoc, inquam, quia prorsus non tetigerunt, id exinde recte præsumendum esse arbitror, eos *supposuisse*, ac si per se jam patet, Jus naturale rite tractari tradique non posse, quam assumta quadam propositione universali, omnia ejusdem præcepta comprehendente. Si vero nec hoc *expressè* supposissent, id tamen ex silentio eorum colligi potest, acutissimis ipsorum ingenii dubium aliquod, an propositione ejusmodi generali *indiget*, prorsus in mentem non venisse; quum, si ipsis incidisset, eidem procul dubio vel ob viam ivissent, vel ulterioris trutinæ id dignum judicassent.

§. VII.

Hoc ergo
suppositum
est accuratus
examinan-
dum.

Quum igitur, felici, credo, casu, circa *supposi-*
tum illud, communiter hactenus receptum, mihi du-
biū fuerit subortum, hoc ipsum, pace tantorum Viro-
rum, qui de eo non cogitarunt, imo & omnium Juris Na-
turæ Scriptorum, quotquot eorundem vestigia sunt sequu-
ti, jam examinandum in animum induxi, an *suppositum* illud,

de deducendo ex unica propositione generalissima toto Jure Naturæ, sufficienti naturæ ratione, & adhuc magis, an refugium ad ejusmodi propositionem ita sit necessarium, ut totum Jus Naturæ lubrico alias niteretur fundamento, si non ex unica præcise propositione universalis deduceretur? Hoc enim communiter Doctores Juris Naturalis, vel expresse, vel tacite, *supposuisse*, inde colligi potest, quod tanto fervore iavicem disputaverint, quænam demum propositio sit pro illa unica generali, totum Jus Naturæ comprehendente, reputanda; quum sane, si secum perpendissent, *totam hancce questionem*, de investigatione propositionis alicujus universalis, totum Jus Naturæ complectentis, esse magis *otiosam*, quam necessariam, tempori & operæ, in rimanda hac quæstione collocatæ, commodissime parcere potuissent.

§. VIII.

Et hic quidem *extremus labor*, quo plurimos Juris *Occasionalis* Naturæ Scriptores vidi perplexos, ut propositionem *causa, dubitandi de re* invenirent, & omnia Juris Naturæ præcepta inde, *etitudine il-* naturali nexus, ducerent, primam mihi dedit occasio- *lius suppositi.*
 nem, dubitandi, an ejusmodi laboriosissimo molimine opus esset, & annon tota Juris Naturæ scientia *salva recta-* que manere posset, licet non ex unica propositione gene-
 rali singulæ ejusdem leges derivarentur. Quum enim cernerem, *nondum existere* quendam, qui, quamvis omnes contrivisset unguiculos, ut ejusmodi universalem propo-
 sitionem evolveret, & contra omnes insultus muniret, immunis fuisse ab *objectionibus* adversariorum, modo hoc, modo illud, in tradita propositione desiderantium, & le-
 gem quandam naturalem, sub illa propositione non com-
 prehensam, *infestantæ loco* speciose proferentium, adeoque hoc ipso subvertentium, quod posita propositio non sit ita completa, ut omnes leges naturales complecteretur:
 Sane oleum & operam perditam existimavi, scrupulosæ ejus-

eiusmodi inhærere meditationi, circa indagandam propositionem generalem, omni exceptione majorem, occupatæ, quæ summos adeo *Viros*, licet omnes intenderint nervos, ut certi & perpetui quid hac in re statuerent, opprobrio tandem exposuit, quod contra *regulas logicas*, propositionem specialem & incompletam pro generali & completa venditare prohibentes, peccaverint; potius via *longe facilitior simpliciorque*, Jus Naturæ demonstrandi, mihi visa fuit, si, *missa omni speculatione de propositione quadam*, ex qua totum Jus Naturæ derivari posset, ea scientiam Juris naturalis tractaremus methodo, qua omnes reliquæ, etiam maxime *demonstrativa*, eruditionis scientiæ recte tractantur, nempe pro habitu *objecti* alicujus scientiæ ad *fontem cognitionis*. Vid. Dissert. mea, *de naturali scientiarum eruditionis nexu, labore, limitibus, atque defectibus*, &c. habita Lipsiæ, anno 1723. per tot. Sect. I.

§. IX.

Relatio sup- Id mihi igitur, conferenti scientiam Juris naturalis cum aliis eruditionis partibus, primo loco in *ad Matbesin*, mentem veniebat, ore omnium *Matbesin* principiis niti firmissimis, &, si rite intelligantur, prorsus irrefraganeis; nec ad *Jus Naturæ* tamen unquam, quantum scio, contigisse, ut quis *scientiam totam mathematicam* ex unica quadam propositione generali deducere, allaborasset; & laborem sane *supervacaneum* arbitrabar, si quis id tentare voluisse, vel adhuc vellet. *Quum autem* exinde deprehenderem, soliditati, atque novo demonstrationis, in *Mathefi* nihil decadere, licet *nulla* assumeretur *propositio generalissima*, ex qua omnes reliquæ propositiones mathematicæ derivari possent, & sub ea essent comprehensæ; hæc ipsa meditatio sequenti ratiocinio ansam præbebat, nempe: Si *Matthesis*, quæ tamen est scientia, quoad *modum demonstrandi* perfectissima, non indiget propositione quadam generali, omnes reliquæ propositiones mathematicas complectente, cur quædo nobilissima,

lissima, & *mathematica demonstrationi* proxime accedens, Scientia Juris naturalis non æque firma nisi posset talo, licet non singulæ ejusdem propositiones speciales ex una-
ca derivarentur propositione?

§. X.

Objiciebam mihi quidem ipsi, Mathefin a multis *Ad objectio-*
referri inter scientias *speculativas* magis, quam *prænem respon-*
ticas; Jus Naturæ autem haberi pro disciplina mere *præderetur*, quod
etica. Ad hanc vero objectionem in promptu menti meæ *Jus Naturæ*
subveniebat responsio, hoc quidem assertum distincta *ad-sit disciplina*
huc terminorum egere explicatione, quum alias *censo sen-practica*.

su Mathefis disciplina practica, Jus Naturæ autem theore-
tica dici queat; ast, posito etiam, Mathefin esse discipli-
nam theoreticam, Jus Naturæ autem practicam, nonne
quivis, quem ambitus totius eruditionis non prorsus fu-
git, largietur, præter Jus Naturæ dari disciplinas eruditio-
nis *prædictas*? At vero, nomines quoſo ullam disciplinam,
ſive theoreticam, ſive practicam, cuius totus ambitus ha-
etenus eſſet unquam, ex necessitate quadam, redactus in
unicam aliquam *propositionem generalem*, & tota scientia in-
de deducta. Cur ergo unica Juris Naturæ disciplina,
quæ tamen inter alia præcipue monstrat, quanta morali li-
bertate homo jure polleat, tantam coactionem ferre de-
beret, ut latissimus ille jurium naturalium ambitus in uni-
cam quandam propositionem præcise eſſet coarctandus?

§. XI.

Evidem minime adstruere volo, Scriptores illos *Status con-*
Juris Naturæ, qui ex unica propositione totum Jus na-*troverſie, cir-*
turale deducere allaborarunt, adeoque nec eos, quos su-*ca ſuppoſi-*
pra (§. 4.) nominavi, aliquid, rationi *prorsus contrarium*, *tum illud, di-*
tentavisse; largior potius, eos non solum hoc ipso labo-*ſtincte for-*
rem suscepisse herculeum, sed & molem, atlante fere gra-*matur.*
viorem, humeris suis sublevasse, quod, universum Jus Na-
turæ in unicam *propositionem* redigere, fuerint annisi. Quid?
quod.

quod, etiamsi nec hoc præstiterint, tamen conatum hu-jus rei, quippe optima fultum intentione, eatenus lau-dandum autumo; sicuti *dolendi* magis, quam *visuperandi*, sunt, quod, ex præconcepta opinione, quasi ipsum Jus Naturæ, ad sui perfectionem, unicam requereret proposi-tionem generalem, nimium quantum semet cruciaverint, atque maceraverint, in eadem indaganda; quum, si ulla ipli subnata fuisset dubitatio, an Jus Naturæ *angustis adeo cancellis* sit circunscriptibendum, certissime, pro ingenua sua indole, semet ipsos non ita adstrinxissent; At vero, salva horum Virorum auctoritate, jam de eo hic disquirendum est, totusque rei cardo eoredit, *an per se necesse sit*, ad solidam Juris Naturæ demonstrationem, ut illud ex unica præ-cise derivetur propositione generali? ubi ego quidem as-sero, omnes eos πρώτον ψεῦδος committere, seu *falsum assumere suppositum*, pro vero & primo, qui *absque probatione supponunt*, quod Jus Naturæ aliter tractari non debeat, quam recepta quadam propositione generali, ita ut, si hoc omit-tatur, existiment, Jus Naturæ destitutum esse genuino principio demonstrationis.

§. XII.

Additur uti-le quoddam monitum.

Quavis igitur supra (§. 5. 6.) dixerim, Viros Celeb. (§. 4.) nominatos forte idem *supposuisse*; inpri-mis si illustr. Thomassi verba, ibidem notata, secundum re-gulas interpretationis explicemus: quum enim citato loco (§. 4.) dicat: per primum Juris naturalis principium in-telligitur, vel NB. *certe intelligi debes*, propositio aliqua, sub qua reliqua præcepta Juris Naturæ omnia, tanquam communi axiomate, comprehenduntur; id sane his verbis dixisse videtur, totum Jus Naturæ reducendum esse ad primum aliquod principium, seu propositionem aliquam, omnia Juris naturalis præcepta complectentem: attamen, quum legisse non meminerim, vel modo dictum Celeb. Thomasi, vel reliquos duos supra (§. 4.) nominatos Vi-ros

ros Incl. *diseerte* statuere, quod Jus Naturæ non rite tradi queat, nili totum deducatur ex universali quadam propositione; etiam *certo* adfirmare non possum, eos hancce *fovere* sententiam; licet jam supra (§. 6.) hanc ipsorum esse mentem, *probabiliter* ex eo collegerim, ac præsumserim, quod maxime occupati sint, in stabilienda propositione quadam, totum Jus Naturæ comprehensura, sicco autem prorsus pede transeant *questionem præjudicialem*, cur, in explicando Jure naturali, ejusmodi unica propositione opus sit. Cum iis igitur aperta hic agam fronte, qui *diseerte* pro- & formatus firebuntur, Juri Naturæ id *proprium* esse oportere, ut ex *Status Con-*
unica quadam propositione generali, omnes leges natura- troueris ap-
rales complectente, totum Jus Naturæ derivetur. His, plicatur.
inquam, dico in faciem, ea tamen, qua par est, modestia,
hanc ipsorum assertionem, quamdiu eandem *non prius*
probaverint, sed *statim* ab ipsa investigatione talis propo-
sitionis initium fecerint, esse πρῶτον Φεῦδος, seu *primum fal-*
sum suppositum.

§. XIII.

Quum enim πρῶτον Φεῦδος, in aliqua disciplina ἐπιδι- Quid in ge-
tionis, nihil aliud sit, quam affectum, *gratis & ab que proba-* nere sit πρῶ-
tionē, pro vero & primo, assuntrum; quo ipso eyenit, ut τοι Φεῦδος?
conclusiones omnes, inde deductæ, ultimato eo recur-
rant, quod fundamentum earum sit *fædium* aliquod *sup-*
positum, adeoque & ipse conclusiones, huic superstructæ,
per se collabantur: profecto in Jure Naturæ *sedulo* caven-
dum est, ne πρῶτον aliquod Φεῦδος irrepare patiamur. Si
enim ulla est scientia, in qua nihil sine sufficientissima ratione est
statuendum, certe est scientia Juris naturalis. Quando igitur
Scriptores ejusdem, anxi studio, querunt propositionem *Quid in Jur.*
quandam generalem, totum Jus Naturæ comprehensu- *Nat. sit*
ram, nec tamen sufficientem rationem prius suppeditant, πρῶτον
eur ex unica præcise propositione illud sit deducendum, Φεῦδος?
in ipso demonstrationis limine admittunt πρῶτον aliquod
Φεῦδος;

ψεῦδος; ultimato enim gratis & absque probatione *supponunt*, Jus Naturæ destitutum fore gentino fundamento, nisi demonstraretur ex unica generali propositione, quod tamen non erat *supponendum*, sed prius *demonstrandum*. Unde nec dicere sufficit, definitiones notionum abstractarum esse *arbitrarias*, adeoque nil obstare, quo minus per *Principium Juris Naturæ* denotari possit ejusmodi propositionis generalis. Non enim de eo quæstio est, an vox *Principii* hunc significatum *admitat*, sed, si ita *arbitrarie* vox *Principii* definiatur, an *in re ipsa* sit fundatum, & opera premium, ejusmodi *Principium*, seu propositionem generalem, omnes leges naturales continentem, sciscitari, & anno potius præstet, *nullam prorsus* ejusmodi propositionem generalem adstruere, nec de ejus investigatione ulterius esse sollicitum. Hoc vero si præstet, præstabat etiam, tribuere voci *Principii* ejusmodi notionem atque definitiōnem *realēm*, quæ *in re ipsa* sit fundata. Vid. Corollar. V.

§ XIV.

Neganti re-
& etiudinem
illius supposi-
ti, probatio
non incum-
bit, sed af-
firmanti.

Quum vero in universum negaverim, quod *supposi-*
tum *Juris Naturæ* ex unica generali propositione esset
derivable, sufficienti nitatur ratione (§. 12. 13.); secun-
dum leges logicæ in hac ipso *negativo* me jure fundare, &
onus probandi in affirmantem contrarium devolvere, pos-
sem, ut hic scilicet indicet *rationem sufficientissimam*, cur o-
mnes *Juris Naturæ* leges ex unica generali propositione
fint *demonstrandæ*; at vero, ne communiter receptæ senti-
tiaz temere contradicere videar, partes probandi lu-
bens in me suscipiam, esse scilicet merum *πότεν ψεῦδος*, seu
Nervus pro-
primum falso suppositum, quod in *Jure Naturæ*, *Principii lo-*
bandi πρῶ-
circa Princip. ponenda sit propositione quædam generalis, omnes le-
ges naturales sub se comprehendens; potius ejusmodi
propositione plane *non opus* esse, sed, ea prorsus seposita, *Jus*
Jur. Nat. quo *Naturæ nihilofecius firmissimis niti rationibus*, & eviden-
tissime demonstrari posse singulas *Juris naturalis*, quan-
tum

tum mens humana capit, leges, licet non omnes deducantur ex unica generali propositione.

§. XV.

Primo igitur loco, ex inductione omnium reliquarum eruditionis scientiarum atque disciplinarum infero, *Ratio 1. cur quod, quum nulla ex iisdem, & ne illæ quidem, quæ propriæ possunt scientificæ, & ex firmissimis rationibus demonstrari, deducantur ex unica quadam propositione generali, omnes speciales conclusiones illius disciplinæ comprehensio-*

nente; nulla sufficiens ratio adsit, cur unice Jus Naturæ ex unica quadam propositione sit derivandum. Jam vero, brevissime enarreremus quæso, & perlustremus omnes reliquas eruditionis disciplinas; quis quæso in Theologia, totam Theologiam acromaticam, vel catecheticam? quis totam exegeticam, vel polemicanam? quis theticam, vel moralem? quis totam Theologiam mysticam, asceticam, vel homileticam? quis symbolicam, vel patristicam? quis denique studium linguarum sanctorum, vel Historia ecclesiastica, demonstrat, vel demonstrandum esse putat, ex unica quadam propositione generali, omnes propositiones, ad illam partem Theologiae spectantes, complectente? Quis porro in Jurisprudentia latissimo ambitu, unquam Jurisprudentiam, vel publicam, vel privatam? quis totum Jus Civile? quis Institutiones, Pandectas, Codicem, Novellas? quis totum Jus Canonicum, vel Ecclesiasticum? quis Jus feudale? quis totum Jus militare? vel camerale? vel judiciarum? quis denique Jurisprudentiam legislatoriam, vel consultoriam, unquam ex unica propositione generali, partem illam Jurisprudentiae continente, deduxit, aut credit, opus esse, ut exinde deduceretur? Non minus, quis unquam sibi persuasum habuit, totam Medicinam, tum partem ejus theoreticam, e. g. quis totam Anatomiam? Botanicam? Chymiam? Pathologiam? tum practicam, e. g. quis totam Therapeuticam, vel Chirurgiam, ex unica quadam proposi-

positione generali, derivandam esse? Denique, quis totam Philosophiam, vel singulas ejus partes, e.g. quis philosophiam instrumentalē? vel intellectuālē? puta Logicam? Metaphysicam? Physicam? Mathēmī (§. 9.)? Historiam? vel, quis Philosophiam moralē; e.g. Ethicam, vel Politicam, ad *unicam quondam propositionem generalē* redigendā, vel quasi ejusdem summo imperio subigendā esse, unquam cogitavit, aut necessarium esse, existimavit? Cur ergo nobis illa atque ingenua *Juris Naturae* scientia ita quasi manibus pedibusque ligata esse deberet, ut unica quedam propositione ipsi artissimorum instar limitum constitueretur, extra quos ne ungem quidem latius expatriari posset? & quum omnes reliquæ scientiæ eruditioris ea gaudeant libertate, ut quamvis seque sua habeant peculiaria atque *dōmestica* Principia, ac *Jus Naturæ*, tamen eadē non sub commune aliquod subjugentur imperium unicæ cuiusdam propositionis, cur quælo *Jus Naturæ*, quod omnis libertatis rationalis fundamentum est, ita quali incarcerari deberet, & quod magis, subjici *unice* *cuidam propositioni generali*, quæ tamen sēpissime jam, ab adversariis, aliam propositionem ad hoc fastigium evehentibus, throno fuit dejecta, atque deturbata.

§. XVI.

Ratio z. quia est labor affectus & frustraneus, talem generalē propositionem investigare; Ex dictis sicuti patet, omnes reliquas eruditas scientias abhorrente ab *affectata* illa & *nimir* *cōadū* methodo, totam aliquam disciplinam ex unica quadam generali propositione deducere, intende[n]te; unde recte concluditur, nec scientiam Juris naturalis, violentia quadam, in unicam esse cogendam propositionem: ita quoque inde sponte fluit, *supervacuum* prorsus esse ejusmodi laborem. Si enim robori, nervoque demonstrationis omnium reliquarum scientiarum, etiam earum, quæ ad *āpōn*, sive summum demonstrationis gradum, redigi possunt, *nil* *decedit*, licet non deducantur ex unica solam propositione; sanc nec

nec robori scientiæ Juris naturalis aliquid deceder, etiam si ex unica illud non demonstretur propositione generali: adeoque erit $\pi\mu\tau\sigma\varphi\psi\delta\sigma$, si quis absque probatione *supponat*, maximum robur accedere Juri Naturæ, si id deducatur ex unica generali propositione; eandemque falso suppositi notam incurrit hoc assertum & *hoc ex ratione*, & *id quod 15 a priori* perspicua, quia nemo inficias ibit, quod lex quæ *priori* demand naturalis, quæ sua natura talis est, *id quoque manu* monstratur. sit, licet illa sub posita propositione generali non comprehensa esset. Ergo illa propositione generali *propositus non est opus*, quippe quæ nec conclusionem aliquam, et si inde derivari posset, constitueret legem naturalem, nisi sua natura jam inter eas pertineret, nec hanc qualitatem nulli præcepto Juris Naturæ afferre posset, quamvis illud non ex generali assumta propositione demonstraretur; adeoque per pronam consequentiam præstabit, mittere prorsus eximodi propositionem generalem, & potius *ex ipsa natura rei* demonstrare, quænam leges sint inter naturales referendæ, nec ne?

§. XVII.

Quum etiam Jus Naturæ nos obliget, ad perfectius *Ratio 3. quis eligendum præ imperfecto; at vero methodus simplex & hoc methodus facilis* sua natura sit perfectior, quam ambigiosa, & summis obnoxia difficultatibus; etiam hanc illi jure meritoque postponere debemus; adeoque foret $\pi\mu\tau\sigma\varphi\psi\delta\sigma$, si quis nihilosecius hanc illi preferendam esse, autumaret. Jam vero, quantæne *ambages* requiruntur, priusquam certam aliquam propositionem pro generali, totum Jus Naturæ comprehendente, venditare, audere possis; & si tandem in aliquam fueris prolapsus, *quomodo* *nove ambages* facienda sunt, *rum*, ut *jus* *aliquod*, vel *officium*, *specialissimum* *Juris Naturæ*, ex generali illa propositione, nexus naturali, demonstrare, *rum*, ut positam tuam propositionem contra omnes adversarios, aliam propositionem substituentes, de-

fendere, eorumque sententias refutare queas. Insigne hū-jus desudatissimi laboris exemplum cape ex *Institutionibus Jur. Nat. & Gene.* Excell. *Fleischeri* nostri, qui viām, perverniendi ad genuinum aliquod, omnique exceptione majus, Principium Juris Naturæ, ita vidit adversariis cinctam atque obsecram, ut ipsi cum *quatuor viginti* diversarum opinionum autoribus conflictus simul fuerit ineundus, & Cap. VI. Lib. I. a §. 6. usque ad §. 41. sententiæ ille omnes prius profligande, quam ipse devenire potuerit ad *hypothesin suam*, de propositione generali, omnes propositiones legum naturalium continente, §. 43. seqq. adstruendam. Quod methodus extre-ro etiam hæc methodus, quæ omnia præcepta Juris naturalis ad unicam redigere propositionem generalem tentat, difficultatis exposita extremis insimul exposita sit difficultatibus, ex hoc ipso satis liquet, quod nemo hactenus extitit, cui non fuisset contradicturn, aut adhuc contradic̄i posset, si certam aliquam propositionem pro unica generali, totum Jus Naturæ comprehendente, reputatam velit, (Vid. §. VIII.)

§. XVIII.

Sic, quum *Vir quidam Celeberrimus*, ex recentioribus Eclecticis, rejectis *quatuor viginti* aliorum opinionibus, tandem hanc propositionem generalem formaverit; *Facienda esse, quæ hominum vitam reddunt ET MAXIME DIUTURNAM ET FELICISSIMAM; econtra evitanda, quæ vitam hominum infeliciem reddunt, mortemque accelerant:* ipse quidem Sirbrandi sententiam, Jus Naturæ quatuor regulis suffulcentem, *ex eo* rejicit, quod & hæ regulæ multis obnoxiae sint difficultatibus: at liceat, pace *Viri inclutissimi*, ad illustranda ea, quæ §. antecedenti adstruxi, disquirere, an non & ipsa ejusdem hypothesis multa sit obnoxia difficultatibus. Mihi quidem sequentes obvenerunt: 1) dicta propositione non est *unica quædam* propositio, sed continet minimum duas: a) *facienda esse*, &c: b) *evitanda esse*, &c: adeoque continet *duo principia* relativa, non *solum unum*. 2) Si

*Illustratur
hoc, insigni-
aliquo exem-
pto.*

*Cur hoc me-
thodus extre-
mis exposita
difficultati-
bus?*

*Illustratur
bacce diffi-
cultas ex hy-
potthesi Celeb.
alicuius re-
centioris E-
clectici.*

*Conf. Excell.
Fleischeri
Instit. Jur.
Nat. Lib. I.
Cap. 6. §. 41.
43.*

ideo propositio illa pro una quadam simplici sit habenda, quod involutæ propositiones sunt *uno sermone* invicem combinatæ, etiam *præcepta tria Triboniana* in ejusmodi unicam propositionem redigi possunt, hoc modo: *Ita honeste est vivendum, ut, nemine leso, ius suum cuique tribuatur;* &, si operæ pretium esset, facile demonstrarem, tot æque, immo forte adhuc plures, conclusiones ex hac, quam illa superiori, propositione deduci posse. 3) Evidens in illa propositione non est, *quid hoc sit,* quod hominis vitam reddat maxime diuturnam & felicissimam, (conf. §. 20.) ; ergo nec ex toto illo præcepto dijudicare poteris, an hoc vel illud redditurum sit vitam tuam felicissimam, adeoque, an faciendum sit, nec ne? Si igitur hoc ex *alio Principio* est addiscendum, quid hoc sit, per quod vita hominis reddatur maxime diuturna & felicissima; quid quæsto juvat *tota illa regula generalis?* & nonne hac ratione minime regula illa posita, sed *id potius* erit Principium primum, quod demonstrat, in quo summa felicitas consistat? 4) Combinatio illa verborum: ea, quæ vitam reddunt & *maxime diuturnam* & *felicissimam*, esse facienda, videtur esse copulativa, hoc sensu, ut ea solum sint facienda, quæ *simil* vitam felicissimam & inaxime diuturnam reddant; at nonne in certis casibus præstaret vita *felicissima*, licet non foret *maxime diuturna*, & vice versa, nonne conservanda est vita *diuturna*, licet non sit *felicissima*, immo, nonne multa facienda sunt, licet inde vita reddatur *neque maxime diuturna, neque felicissima?* Quomodo ergo hæc omnia ex supra posita generali propositione deducere poteris? Hinc, secundum tei naturam, ita minimum limitanda videtur illa propositio generalis, ut homo quidem, *pro statu suo, & quantum in ejus est viribus,* intendere beat vitam & diuturnam & felicissimam, attamen *sua sorte beat esse consentus,* si vel vitam felicissimam, licet non diuturnam, vel diuturnam, licet non felicissimam, vel denique *neque diuturnam, neque felicissimam, agere possit.* 5) Alterum membrum su-

pra posita propositionis erat: *evitanda esse*, quæ vitam rediderent *infelicem*, & mortem accelerarent; at sic certe cadet officium, quod in certis circumstantiis praestet, pro Deo & patria mori, quam vitam conservare; & id insuper sequeretur, *militiam maxime evitandam esse*, quum, teste experientia, tot milites, qui in bello brachia, pedes, &c: amiserunt, vel alia ratione acerbissima fuerunt vulnerati, vitani suāni reddiderint *infelicem*, adeoque merito quivis miles mettere possit, ne idem sibi contingat. 6) Quorsum tandem referendæ erunt rationes, *Jus Dei in homines ex lumine naturæ evincentes*, nisi ad *Jus Naturæ?* utpote quod omnis competentis juris atque obligationis rationem præbet sufficientem. At vero, quomodo *Jus Dei*, quod e. g. sit summus legislator, demonstrare ullo modo poteris ex propositione supra posita: *Facienda esse*, &c. adeoque tota illa regula non est Principium universale, seu, quod omnes questiones & partes Juris Naturæ complectitur, prout dixerit hoc requirit Excel. Fleischer in Inst. Jur. Nat. L. I. C. 6. S. 5. no. 2. sed regula dicta, secundum hanc normam, solum erit complexus certorum officiorum. At vero officia sunt solum pars *subordinata & minus principalis* Juris Naturæ, quippe quod *proprie*, secundum ipsum inditum nomen, dat rationem *Juris*, toti *Naturæ*, tum *creatæ*, tum *increatæ*, competentis; quum nulla prorsus existeret *obligatio moralis*, si nullum existeret ens, cui competeteret *jus*, obligationem hanc vel illam introducendi; adeoque ex ea solum ratione in Jure Naturæ *eiiam obligationis* mentio fiat, quia quivis id *jure agit*, vel omittit, ad quod agendum, vel omittendum, est obligatus. Vides ergo, quot difficultatibus exposita semper maneat *propositio generalis*, si totum *Jus Naturæ* exinde sit derivandum. Nonne igitur præstaret, omnem ejusdem inveniendæ abjicere curam, ne alias hoc ipso πρωτον aliquod ψῦδος admittamus, quasi via tortuosa, & aditū difficilima, sit præferenda viæ rectæ, planæ, & simplici?

§. XIX.

Est quoque nimia eorum de semet ipsis fiducia, qui, *Ratio 4. ab propositionem aliquam ita completam sese invenisse, gloriantur, impossibilitatem omnes conclusiones totius Juris Naturæ in ea complexas, & ita, in concreto ex illa demonstrari posse, afferant.* At, quomodo quælo hoc a priori sciunt, & certam hujus asserti fidem dare possunt? quum tamen nutlus mortalium totum Jus Naturæ ita perfecte calleat, ut singulæ ejusdem conclusiones ipsi essent cognitæ. Quomodo ergo *tuto dicere, & demonstrare*, poteris, quod assumta tua propositio generalis etiam illas conclusiones Juris Naturalis, quæ tibi ipsi hactenus sunt ignotæ, complectatur? Sane, si non omnes possibiles Juris naturalis conclusiones scis, quomodo certus esse potes, an omnes possibiles ejusdem conclusiones sub tua, pro generali assumpta, propositione lateant? Hinc postulatum illud, ut Principium Juris Naturæ debeat esse talis propositio, quæ omnes, quotquot dari possunt, Juris naturalis complectatur, *Vid. Excell. conclusiones, supponit aliquid, non quidem in abstracto, attamen in concreto impossibile, id est, ut nullus hominum id præstare possit. Est enim idem, ac si ab arithmeticis postulares, ut numerum quendam generalem, sub quo omnes, quotquot dari possunt, numeri essent comprehensi, in arithmeticâ, principii loco, posseret.* Adeoque jactantia illa Scriptorum Juris Naturæ, propositionem aliquam pro generali totius Juris naturalis, singularum que ejusdem conclusionum, *norma vendicantium*, mihi perinde videtur, ac si Mathematicus jactitaret, se mensuram quendam generali dolii, quod omnia dolia, quotquot jam in toto universo vino essent repleta, adæquate contineret, esse daturum. Hoc enim sicuti Mathematico actu præstare, ideo foret impossibile, quod exacta ipsum fugiat singularum doliorum, vino jam plenorū, noticia; ita quoque *nimirū audacter* Philosophus propositionem aliquam, concentum totius Juris Naturæ esse, adsereret, quum tamen singularum conclusionum, in Jure naturali per se fundatarum, non habeat cognitionem. Quid enim, si quis probationem ab ipso desideraret, ut, quum universaliter affirmet, *omnes conclusiones Juris Naturæ ex posita sua propositione deduci posse, atque illud demonstraret*, per inductionem omnium conclusionum Juris naturalis, & applicationem ad positam propositionem generalem, credo, nisi sibi met ipsi nimis sapit, fatebitur, se non omnes

omnes Juris Naturæ conclusiones scire, neque in ejus viribus esse, singulas enumerare. Etiamsi igitur quis haberet *persuasionem* firmissimam, quod assumta ab ipso præpositio omnes comprehendat Juris naturalis conclusiones; ipsis tamen inter ipsius persuasionem, & ipsam rei demonstrationem, adhuc erit hiatus. Hinc & *suppositum* illud erit πρῶτον Φεῦδος, si quis tenacissime sibi imaginetur, propositionem a se positam *omnes* Juris Naturæ comprehenderet conclusiones; quod tamen neque per inductionem omnium Juris naturalis conclusionum, neque a priori, certo demonstrare poterit.

§. XX.

Ratio 5. quia methodus illa prorsus non est tuta & sufficiens.

Consideres etiam quæso *naturam* propositionis ejusmodi generalis, de qua nobis hactenus sermo fuit; profecto enim *vix evitari* poterit, quo minus talem propositionem generalem ingrediantur termini abstracti & conceptus vagi, seu *indeterminati*; unde facile in errores dilabi poteris, si ex sola ejusmodi propositione concludere velis. Sic præpositio illa Viri cuiusdam Cœleberrimi supra (§. 18.) memorata: *facienda ea esse, quæ vitam reddunt felicissimam,* containet terminum abstractum & vagum, *huc non satis definitum;* *vita* scilicet *felicissima.* Non enim in hac propositione definitur, quid per vitam felicissimam intelligatur. Si ergo alicui *hanc salam* regulam, instar *normæ actionum* svarum, prescriberes, profecto *vagus* ille vita felicissimæ conceptus eum seducere posset ad conclusiones falsissimas, erroresque apertissimos, ut e. g. cogiteret: O quam felicissima est vita regis, qui omnibus dominatur, nemini paret! o quam felicissimum igitur ageres vitam, si rex evadere posses! ergo *faciendum* id, quo evadas rex, adeoque vitam reddas felicissimam! Item homo voluptuosus summane felicitatem, in fruitione impedita harum vel illarum, voluptatum ponit; adeoque, secundum hunc erroneum felicitatis conceptum, multa putabit, sibi licere, imo facienda esse, ut sic vitam suam reddat felicem. Nec in utroque casu obstat altera regula: evitanda esse, quæ vitam reddunt infelicem; is enim, qui rex evadere, vel libidines suas pro libitu expiere, optaret, nunquam sibi per suadet, se vitam infelicem redditum, si regiam dignitatem ascenderet, vel cupiditatibus suis omnia fræna laxare posset; adeoque tota illa generalis regula, nisi alia adhibeat sana principia, eum non docebit, quid ipsi sit faciendum, *pro statu suo*, ut vitam reddat felicissimam. Et igitur πρῶτον Φεῦδος, si quis putet, sufficere generalem quandam regulam, ad omnia Juris naturalis præcepta inde luculententer deducenda.

§. XXI.

Ratio 6. quia Ex hoc ipso insimul pater, totam illam, & similem, *regulam* *generalem* ipsius *Juris Naturæ* non esse præceptum ipsius *Juris Naturæ*, quippe quum omnis lex debet esse iusta regulam clara atque distincta, multo magis omnis lex naturæ ita in se clara esse debet, ejusmodi ob. & revera est, ut *distinctissime* præcipiat, quid faciendum sit, quid omitendum; sciam gene- at præceptum illud superius: *ea facienda esse, quæ vitam reddunt felicissimam,* ratione prorsus sicut & omnia similia præcepta, longo carente commentatorio, & distinctioni explicacione, idemque est, ac si pater filio suo generale præceptum daret: sic ei, quæ mihi sunt gratissima: sane enim, si non distinctius ipsi explicaret, quid ipsi sit gratissimum; ex præcepto illo solo filius non assueveretur mentem patris, neque certo sciens, quid ipsi sit faciendum. Est igitur πρῶτον Φεῦδος, si quis suppo-

Supponat, regulam ejusmodi generalem, quam quis in cerebro suo efformavit, esse ipsius *Juris Naturæ præceptum*.

§. XXII.

Esse autem aliquod πρῶτον ψεῦδος, si quis supponat, *Jus Naturæ* me. *Ratio 7.* quia lius doceri non posse, quam posita aliqua, loco Principii, propositione generali, omnes regulas ejusdem speciales comprehendente; etiam ex perexiguo præstat existens usu patet. Pone enim, comprehendere; cuinom tamen quæsto usui guntur usque, erit tota illa propositione, quam neque ex sola illa generali propositione speciales *Juris naturalis* leges sis inventurus, nec sola ista propositione sufficiat, ad erroneous conclusiones & extrema præcavenda. Ergo usus propositionis ejusmodi generalis ille tantum erit, isque admodum exiguitus, ut hic solum, qui distinctionem legum *Juris naturalis* cognitionem jam habet, has, sub ejusmodi generali propositione arbitratrice complexas, sibi denuo in animum revocare, & uno quasi intuitu repræsentare, posit.

§. XXIII.

Hæc vero quum ita se habeant, ab hac methodo abstinendum me. *Ratio 8.* quia rito est, si quis Institutionibus suis *Juris naturalis* alium demuin eruditire vult: Ad hunc enim si dicas: Eacea, quæ tuum vitam reddunt felicissimam, legibus determinata hæc regula ipsi erit mysterium, & oraculum ex tripode dictum; immo, monstracionis quum adstruis, hancce regulam comprehendere totum *Jus Naturæ*, hoc adversatur, ipsum tuum assertum ipsi erit inßtar articuli fidei, quia veritatem dicti tui & præjudicium statim ex terminis percipit, aut per demonstrationem ejusdem convincentiam auctoriicitur, sed æque id supponere tenetur, quod tu ipse absque probatione supponas foveat. adeoque, licet prorsus non videat a priori nexus, quomodo posita tua propositione generalis omnes, quotquot dari possunt, leges continet naturales, tu tamen postulas, ut, non indagata ulteriori ratione, tibi simpliciter credere debeat; quum tamen in Jure Naturæ nihil plane sit afferendum, quod non in continent demonstretur; unde rō autōs ē. P. seu auctoritas dicentis, hic ratio sufficiens minime est, & ne quidem desiderandum, ut alter credere debet, propositionem aliquam complecti totum *Jus Naturæ*, nisi hoc prius fuerit apodictice demonstratum: adeoque est πρῶτον ψεῦδος, si quis absque demonstratione postuleret, ut ejus positæ generali propositioni fides habeatur.

§. XXIV.

Constat denique, *jus & obligationem, certa relatione, esse invicem opposita*. *Ratio 9.* quia *sita*, quando scilicet alius est, qui habet *jus*, & alius, in quem cadit *obligatio*; at illa methodus vero duo opposita ex uno eodemque Principio deducere velle, minus adæquata prorsus tam, nec *natura rei* conveniens, est. *Jus enim ex natura obligantis, obligatio inadæquata*. vero ex natura obligati, adæquate deducitur. Si vero unica solum in Jure Naturæ, loco Principii, assumatur propositione generalis; & omne *jus*, & omnis *obligatio*, inde esset deducenda. Ast, quum hoc inadæquatum esse, modo dixerimus; minimum autem generales propositiones essent assumendæ, quarum una continoret Principium *omnis juris*, altera vero Principium *omnis obligationis*. Est igitur πρῶτον ψεῦδος, si quis absque probatione supponat, totum *Jus Naturæ* ex unica propositione posse deduci, quum tamen hoc ipso erroneous supponat, *jus & obligationem*, licet invicem sint opposita, adæquate ex uno eodemque Principio derivari posse.

*Coneclusio Dis-
sertationis.*

§. XXV.

Repeto ergo sententiam meam, haec tenus stabilitam, esse laborem affectum (§. 15.), supervacaneum (§. 16.), difficillum (§. 17. 18., impossibilem (§. 19.), minus tutum (§. 20.), cerebrinum (§. 21.), exigui usus (§. 22.), præjudicio auctoritatis subnixum (§. 23.), & inadæquatum (§. 24.), ex unicæ generali proportione totum Jus Naturæ deducere velle; adeoque præstare, omnes mittere speculations & controversias, quænam propositione pro illa generali habendo, & Principii loco ponenda. Hac ratione spero, omnes, qui haec tenus invicem frater certaverunt, cuinam propositioni palma sit tribuenda, iti demum conciliatum. Si vero, *Lector benevolè*, scire cupias, quamnam viam, in demonstratione Juris naturalis, ego quidem credam facillimam, & communi, quam hic rejeci, methodo præferendam; ejus rei tractatio hujus quidem non est loci, mentem tamen meam ex appositis, colophonis loco, corollaris haud obscure perspicere poteris, plenam hujus tractationis deductionem lectionibus academicis in Jus Naturæ, & edendæ proxima occasione *Ideæ universalis & rationalis Juris Naturæ*, germanico idiomate, sub titulo: *Grundriss des vernünftigen allgemeinen Rechts der Natur/concinnatæ, annuente Deo, reservaturus.* Interim, L.B. vale & fave.

COROLLARIA.

I. Jus Naturæ dat sufficientem rationem *omnis* competentis juris & obligationis.

II. Jus Naturæ considerat omnes actiones, uti *natura sua* sunt, scilicet vel ut justas, vel ut injustas. Justas considerat, vel ut natura sua præceptas, vel ut in se arbitrarias.

III. Omne jus ex natura entis, cui illud tribuitur, est demonstrandum; obligatio ex natura entis obligari.

IV. Ergo *Jus Dei* ex natura Dei in Jure Naturæ (per Coroll. I.) est demonstrandum, obligatio hominis ex natura humana.

V. Nexus inter naturam entis, & jus inde deductum, est *Principium illius Juris naturalis*; eadem ratione. *Principium obligationis* est *nexus inter naturam entis obligati & ipsum obligationem*.

VI. Jus Naturæ *nullam actionem* relinquit indeterminatam; injustas enim simpliciter prohibet; justas, si cum obligatione naturali sunt connexæ, simpliciter jubet; si vero cum obligatione naturali non sunt connexæ, & tamen in se justæ, libero hominis arbitrio simpliciter relinquunt.

VII. Jus Naturæ nullam actionem *absolute*, sed in respectu ad certas *circumstantias*, naturam actionis constituentes, tanquam justam, vel injustam, determinat; hinc eadem actio, quæ in his vel illis circumstantiis erat Jure Naturæ licita, in aliis esse poterit ipso eodem Jure naturali prohibita.

VIII. Jus naturæ humanæ proorsus non exhaustit ambitum totius Juris naturalis; adeoque nimis angustus est eorum de Jure naturali conceptus, qui eiusdem objectum unice constituant hominem; quem tamen nemini, natura sua, majus competat jus, quam Deo: adeoque *Jus Dei primario* in Jure Naturæ sit demonstrandum, (conf. Coroll. I. & 4.)

IX. Juris naturalis ambitus in se longe est latior, quam intellectus humanus, imprimit post lapsum, eundem capit.

X. Omne jus Dei *positivum*, in illis circumstantiis, quibus revelatur, est simul *Jus Naturæ*, & mutata re natura, *mutatur Jus Naturæ*.

§. XXV.

Repeto ergo sententiam meam, hactenus stabilitam, esse laborem affectum (§. 15.), supervacaneum (§. 16.), difficillimum (§. 17. 18.), impossibilem (§. 19.), minus tutum (§. 20.), cerebrinum (§. 21.), exigui usus (§. 22.), præjudicio auctoritatis subnixum (§. 23.), & inadæquatum (§. 24.), ex *unica generali propositione* totum Jus Naturæ deducere velle; adeoque præstare, omnes mittere speculations & controversias, quænam propositio pro illa generali habenda, & Principii loco ponenda. Hac ratione spero, omnes, qui hactenus invicem frugera certaverunt, cuinam propositioni palma sit tribuenda, iri demum conciliatum. Si vero, Lector benevolè, scire cupias, quamnam viam, in demonstratione Juris naturalis, ego quidem credam facillimam, & communi, quam hic rejici, methodo præferendam; ejus rei tractatio hujus quidem non est loci, mentem tamen meam ex appositis, colophonis loco, corollariis, haud obscure perspicere poteris, plenam hujus tractationis deductionem *lectionibus academicis* in Jus Naturæ, & edendæ proxima occasione *Ideæ universalis & rationalis Juris Naturæ*, germanico idiomate, sub titulo: *Grundriss des vernünftigen allgemeinen Rechts der Natur/ concinnatæ, annuente Deo, reservaturus.* Interim, L. B. vale & fave.

COROLLARIA.

I. Jus Naturæ dat sufficientem rationem *omnis* competentis juris & obligationis.

II. Jus Naturæ considerat omnes actiones, uti *natura sua* sunt, scilicet vel ut justas, vel ut injustas. Justas considerat, vel ut *natura sua præceptas*, vel ut in se arbitrias.

III. Omne jus ex natura entis, cui illud tribuitur, est demonstrandum; obligatio ex natura entis obligari.

IV. Ergo *Jus Dei* ex natura Dei in Jure Naturæ (per Coroll. I.) est demonstrandum, obligatio hominis ex natura humana.

V. Nexus inter naturam entis, & jus inde deductum, est *Principium illius Juris naturalis*; eadem ratione. *Principium obligationis* est nexus inter natu- ram entis obligati & ipsum obligationem.

VI. Jus Naturæ nullam actionem relinquit indeterminatam; injustas enim simpliciter prohibet; justas, si cum obligatione naturali sunt connexæ, simpliciter jubet; si vero cum obligatione naturali non sunt connexæ, & tandem in se justæ, libero hominis arbitrio simpliciter relinquit.

VII. Jus Naturæ nullam actionem absolute, sed in respectu ad certas circumstantias, naturam actionis constituentes, tanquam justam, vel injustam, determinat; hinc eadem actio, quæ in his vel illis circumstantiis erat Jure Naturæ licita, in aliis esse poterit ipso eodem Jure naturali prohibita.

VIII. Jus naturæ humanæ prorsus non exhaustit ambitum totius Juris naturalis; adeoque nimis angustus est eorum de Jure naturali conceptus, qui eiusdem objectum unice constituant hominem; quum tamen nemini, natura sua, majus competat jus, quam Deo: adeoque *Jus Dei primario* in Jure Naturæ sit demonstrandum, (conf. Coroll. I. & 4.)

IX. Juris naturalis ambitus in se longe est latior, quam intellectus humanus, in primis post lapsum, eundem capit.

X. Omne jus Dei positivum, in illis circumstantiis, quibus revelatur, est simul *Jus Natureæ*, & mutata re natura, mutatur *Jus Naturæ*.